



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

cerum, Diacones vero Martianum virum nobilissimum & Eleochadium, summum philosophum. Cetero igitur Apollinare, post Eleochadium, in Ravennati Archiepiscopatu, Martianus, a Deo demissa compta electus, sufficitur: natus sublimi loco vir, tam pie, iuste, ac temperanter vitam degebat & tanto concitus ardore animi, Christum predicabat, ut in animis Ravennatum, ardente excitaret omnium virtutum amorem: multiq; nullis rerum aduersarum ictibus frangi, neq; oppugnationibus nefariorum, de gradu pietatis deijci potuerint: sed calamitates omnes, tandemq; necem pro Christo libenter pertulerint. Plurimos sacris iniuriauit: cumq; rerum admirabilium gloria clarissimus esset, caelestem in patriam abiit, vndecimo Kal. Iunii: atq; vti ex vetustissimis scriptis collegimus, in D. Eleochadij, sepulturae traditus est, Anno Domini septimo & vigesimo supra centesimum dum Aelius Hadrianus imperaret.

Martianus  
diuinitus de  
signatur E-  
piscopus.

**MARTYRIVM SS. DONATIANI ET**  
*Rogatiani, ex eo quod, optima fide, apud Surium extat, cui vetustissima ad stipulantur Martyrologia.*

**Q**UVM Diocletianus & Maximianus Romani Imperij scepra tenerent, suisq; praecipis & edictis crudelibus, Christianum nomen, obliuione sempiterna, cotererentur, erat in vrbe Romana, iuuenis quidam, Donatianus nomine genere clarus, sed fide multo clarior; qui in ipso iuuentutis suae feruore, maturioris animi freno, turbulentioradolescenti motus temperabat: & ne, inter spiritalis nequitiae procellas, lapsum incurreret, in timore Domini, prosperè, vite cursum dirigebat. Qui

24. Maij.

Donatianus  
egregius iu-  
uenis.

Yy 3 mox,



Rogatianus  
à fratre iu-  
niore ad  
Christum  
adducitur.

mox, ut despectis idolis, lustralibus aquis expiatus, Christo nomen dedit, sine metu aliquo, triumphum Christi, oris sui buccina, miles fortissimus, in populo decantavit, & instar optimi agricolæ, fruges beatæ fidei in gentilium pectora seminavit. Quia sancti viri opinione florente, germanus eius Rogatianus, adhuc in cultu idolatriæ consistens, blando suavissimi oris eius odore impletus, ad fratrem, ætate licet minorem, seniorem tamen credulitatis ordine, festinus accurrit, deprecans ut, ante quam persecutionis colluctatio appropinquaret, Christiani baptismatis munere dotaretur: nè tam foelix certamen adhuc paganum vel catechumenum inveniret, ut à fratre nihil minus in pugna, nihil minus obtineret in palma. Et ne sacro fonte continuo ablueretur, audita persecutione fugitiua sacerdotis fecit absentia; sed susus martyrij cruor, fontis inopiam supplevit.

Donatianus  
sistitur coram  
præside.

Interea Nannetensem civitatem, fauente gentiliū turba, persecutor, cum instrumento iniquitatis, ingrediens, ab vno è circumstantibus civibus, ad Donatianum & Rogatianum fratres comprehendendos, acerrimis verborum stimulis incitatus est. Tunc præses dolore commotus, Donatianum suis fecit aspectibus præsentari, ac talibus eum verbis compellavit: Audiuimus, Donatiane, te loquem & Appollinem Deos nostris conuicijs prolcindere, ac prædicatione inani, ad crucifixi religionem compellere. Aut igitur prædicationi læperfluxæ finem impone, aut si id recusas, poenitentis & cruciatibus subiaceto. Cui Donatianus respondit: Minas, quas mihi prætendis, despicio, frustra que ab eius me cultu reuocare contendis, cum creata omnia promptè deseruiunt. Hinc Præses



ROGA.

re succensus, iubet sanctum compedibus vin-  
 tum, in custodiam retrudi, vt tormentorum vio-  
 lenti feralitas, non perferentis fidem frangeret  
 ac saltē ne alij in Christum crederent, impediret.  
 Tunc eius germano in conspectu populi consti-  
 tuto, cepit Præses, sub blandimenti dulcedine,  
 persuasionis iniquæ venena miscere, vt qui iussio-  
 nis non cederet, oblectationis arte colla laxaret.  
 Quem molliter appetens, in hæc verba prorupit:  
 Audio, Rogatione à deorum cultu te velle incon-  
 stite recedere. Sed caue, nè vnus Dei confessione,  
 lares Deos in tuam perniciem ire compellas. Sed  
 quia adhuc nescio quo baptisinate non teneris in-  
 scitus, si voluntas obliuata te non decipit, deorum  
 gratia concessa, recipies, vt in Imperatorum  
 palatio & aula deorum, possis, cum viræ fruitione  
 tui dignitatis augmentum. Rogatianus respon-  
 dit optime promittis peruersa, cum sis ipse perner  
 qui primùm polliceris Imperatorum gratiam,  
 deorum. Sed qua ratione, in arce diuinitatis  
 vendi sunt, qui ipsi hominib. videntur esse posse  
 res ordine, licet inter vos habeatis participatio  
 nem miseria: cum illi sint de metallo, vos ad melio-  
 rem habitus surdi: illi spiritu careant, vos sensu. Si-  
 muldem qui in saxis religionem suam constituit,  
 aliud sit ipse, quàm quod colit. Tunc Iudex,  
 ministris imperans, dixit: Et hic insensatus, cum  
 ore insipientiæ, in carcerem derrudatur, vt fe-  
 renti die, dijs ac principibus illata iniuria, vltore  
 castro, censura publica vindicetur. Sic tenebrarum  
 lecto, duo fidei luminaria reconduntur: sed  
 carcer illustrabatur ex gloria, quàm marty-  
 res grauentur ex poena. Beatus autem Rogat-  
 ianus, sine baptisimatis gratia, se præuentum  
 esse

Trudietur in carcerem.

Rogatianus blanditur Præses.

Rogatianus ducitur in custodiam.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



912 MARTYR. SS. DONATIANI ET ROGA.  
esse contristabatur: sed hoc sibi, ex fide, credidit esse  
se pro lauacro, si fratris sui Christiani osculum me-  
reretur. Quo comperto B. Donatianus, pro germa-  
no fudit ad Dominum preces, vt prompta eius vo-  
luntatem, fidemq; puram aspiceret; & sanguinis ef-  
fusionem, pro baprisimatis sacramento acciperet.

Iraq; vigilijs noctis in oratione transcurtis, simul  
lumine cū die relato, & carnificis vulnera, &  
Domini sui præmia alacres expectabant. Sequente  
vero die, Præses, pro tribunali sedens, confessores  
Christi, in conspectu populi, præcepit assisti. Edu-  
citur interea de carcere lugubri, gaudium cæli, de  
sterili sede, fructus Ecclesiæ, de spinarum germine,  
flos coronæ. Constricti vinculis, liberi erant vo-  
tis, quos in Christo ipsa tormenta reddiderant for-  
tiores. Quibus coram positus, assatus eos est Iudex.  
Cum indignatione, inquit, ordior, ne dum vos mol-  
liter alloquor, seueritatis publicæ vis frâgatur: qua  
dedrum religionem aut non colitis, ignorando, aut  
(quod est grauius) nō nesciendo, calcatis. Tuoc mar-  
tyres responderunt: scientia tua, quæ deterior est  
totius ignorantia stultitia, similis sit dijs vellis,  
quos in metallis sensu carentibus adoratis. Nos ve-  
rò pro Christi nomine, quidquid terroris in morte  
ris, excipere parati sumus: quia non hic vita nobis  
dispendium patitur, si illi reddatur, à quo sumptus  
exordiū, & in futuro multiplicatæ lucis sēnore me-  
neretur. Tunc dolore præses impulsus, iussit eos in  
equlei catasta suspendi: vt, si animos eorum non  
mutaret, tamen membrorum lineamenta solueren-  
tur in pœna: credens furori suo se consulturum, si  
carnifex, licet ad animam non perueniret, vel per  
tormenta corpus mactaret: ad hæc minime  
imperans, vt post irrogata supplicia, à spiculi-

Iudex terret  
martyres  
sed frustra.



ore eorum capita truncarentur. Tunc listoris  
infamia, vt de crudelitate iudici complaceret, vel  
magis vt crescerent ornamenta martyrij, lancea mi-  
litari perfossas ceruices beatissimorum, gladio vi-  
brante præcidit. Sic ad Christi gloriam venientes,  
cum B. Donatianus lucratur germanum, & meruit  
germanus martyrium; iste fit illi causa salutis, ille  
fit isti palma mercedis, & multiplicis gratiæ pi-  
gore redundante, consummatione foelici, spe re-  
munerationis suffulti, ad æterna præmia meruerunt  
ecedere, per vulnera laureati: Præstante Domino  
nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula  
seculorum. Amen.

Caduntur ca-  
pite marty-  
res.

VITA S. ZENOBII EPISCOPI FLO-  
rentini. ex ea qua est per Ioannem Archipresbyterum  
Aretinum. Ex vita constat quo tempore floruerit.

Maij 25.

Zenobius, Luciano patre, clario inter Floré-  
tinos ciue, & Sophia insigni foemina matre  
natus, anno restauratæ salutis trecentesimo  
quinto, Põtificatûs Syluestri anno XVII,  
Imperij Constantini 22, à teneris pueritiæ suæ  
annis, insignem iustitiæ & pietatis de se splêdorem  
rebuuit. Nam vt literarum studijs adhibitus, libe-  
res disciplinas mira ingenij dexteritate cõplexus  
instita naturæ præstantia & ingenita vultûs hi-  
rare atque oculorû gratia, omnes homines mi-  
in modum sui amore ac studio capiebat: eos-  
que ad ardentissimum pietatis studium exci-  
taret. Cumque obiecta vitiorum blâdimenta, vni-  
uersumque mundanæ cupiditatis fomité virili ani-  
mo in se extinxisset, anno ætatis suæ octauodeci-  
mæ catechumenus, beato Theodoro Florentino E-  
piscopo traditus est: quo tempore poëticiis Geni-

Parentes  
eius.

Egregia pu-  
eri indoles.

Fit catechu-  
menus.

Yy 5 libus.